



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

Liber Sextvs De quinque Ecclesiæ præceptis in speciali.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**



# LIBER SEXTVS.

*De quinque Ecclesie  
Præceptis in spe-  
ciali.*

Quid Ieiunium, & quotu-  
plex. Cap. I.

**I**eiunium est abstinētia ab his  
quæ gustu percipiuntur, & hæc  
sunt tria, eibus, potus, & medi-  
cina. Ieiuniū triplex, naturale, ec-

clesia-

clestasticum, & spirituale. Ieiuniū naturale est cū quis a media nocte, vsque ad dimidium diei artificialis, nihil omnino deglutiuit, & hoc ieiunium necessarium est ante sacram communionem, & missæ celebrationem. Ieiunium Ecclesiasticum est \* abtinentia à cibo, iuxta Ecclesiæ ritum. quod quidē non frangitur qualibet parua re, vt naturale, nec potu ante prandiū, aut post, etiam si vinum fuerit, secus tamen de lacte, & aliis id genus, quæ licet potari possint, communiter in cibos computantur, neque per medicinalia, aut per modum medicinæ sumpta, aut propter infirmitatem, etiam si verè nutriant, neque etiam si quid modicum sumatur ante potum, ne noceat, vel ad prægustādos cibos. Ieiunium spirituale animæ est abstinere à malis cogitationibus.

*Qui finis, & qualis ieiunii mo-  
dus. Cap. 2.*

**T**Riplex est ieiunii finis, car-  
nis concupiscentias refr-  
nare, corpora aptiora ad  
contemplandum reddere, & pro  
peccatorū poenis satisfacere. MO-  
dus duplex, intrinsecus, & extrin-  
secus: intrinsecus consistit in sub-  
stantia ciborum, à quibus abstine-  
dum est, & in quantitate, & tem-  
pore. Circa substantiam, ab esu  
carnium semper in ieiunio absti-  
nendum, ab ouis & lacticiniis sal-  
tem in Quadragesima, in aliis vero  
temporibus seruanda est patris  
consuetudo, ita vt si cum aliquo  
dispensetur vt vescatur carnibus,  
censeri debeat cū eo quoque dis-  
pensatum esse in ieiunio, secus au-  
tem si tantum in lacticiniis. Discreta  
quantitas est, vt semel in die co-  
medatur, quod tamen non im-

pedit quin vt prandium ex causa potest interrumpi. ita & diuidi, sed alias qui pluries comedit, ieiunium frangit, at, qui prandium plus æquo protrahit, peccat quidem contra sobrietatem ieiunium tamen non soluit. Permittuntur consuetæ collationes etiã cum modico pane, & vino, vel vno atque altero genere fructuum, nec prohibentur lautiores, quæ Romæ facti consueuerunt Papa tolerante, dummodo ne lautæ ita sint, vt verius cœnæ dicantur, & in vniuersum mensura collationis expendenda est ex cõsuetudine patriæ, prout viget apud bonos & moderatos. In tempore, modus est, vt prandium iuxta loci consuetudinem habeatur, vt vna hora ante meridiem, quæ tamen hora potest iusta de causa præueniri, vt si quis habeat hospites, vel facturus sit iter, vel quia propter negotia non licebit illi tardius, ea-

demque est ratio de seruis ministraturis Domino tempore prandii. Sine causa autem praeuenire horam prandii, etsi mortale quidam putent, probabilius tamen est, esse veniale. Matutinæ collationes, quæ prandium ad vesperam, & noctis horam differunt, ex causa licent, sine causa, non sine peccato veniali sunt. Extremus modus est, quod hæc ieiunia in gratia & charitate fiant, & ideo salubre est confessionem, quadragesimæ præmittere.

*Quando ieiunium sit in præcepto, & qualis obligatio.*

Cap. 3.

**M**ulta sunt Ecclesie ieiunia sub præcepto: Quadragesima videlicet, quatuor anni tempora, Vigilia Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, Petrecostes, Assumptionis B. Mariæ

Virg. Omnium Sanctorum, Beatorum omnium Apostolorum. S. Ioannis Euangelistæ, & Philippi ac Jacobi prima die Maii exceptis, S. Ioan. Baptistæ, S. Laurentii martyris & aliæ vigiliæ speciales iuxta locorum consuetudinem. Præceptum abstinendi à carnibus cōprehendit etiam pueros ante pubertatis annos, & multo magis adolescentes ante vigesimum primum annum, quo etiam tempore tenetur abstinere à lacticiniis, post annum vero vigesimum primum absolutè ieiunare. Qui semel in die soluit ieiunium, non tenetur eodè die ieiunare, nec nouo peccato grauatur tunc pluries comedendo, nisi ex contemptu illud faciat. Qui verò carnem comedit, peccat toties quoties comedit, quia facit contra præceptum negatiuum.

*Qui à ieiunio Ecclesiastico excusentur. Cap. 4. & 5.*

**Q**uatuor sunt cause à ieiunio excusantes, infirmitas, paupertas, labor, & pietas. Infirmitas quadruplex, languoris, complexionis, ætatis, & conditionis: Languor in febris, & vulnere graui consistit, quibus affecti, sicut & valetudinarii, ac debiles, & qui inedia, in capitis, ac stomachi dolores incidunt, non tenentur ieiunare. Ratione ætatis excusantur, qui nondum 21. annum expleuerunt, & qui senio iã confecti sunt, vt qui septuagesimum annum attigerunt, quamuis aliqui etiam antea excusantur, qui tamen non excusantur à qualitate ciborum. Ratione conditionis & status. Mulieres grauidæ, & lactentes, pauperes qui satis non habent quo vnica comestione nutriantur, o



perarii quorum artificium arduū est ac molestum, etiam si alioquin diuites sint, modo ex officio laborent, vel ob publicam vtilitatem, aut ad vitandum graue damnum, proprium, aut aliorum: secus tamen de sutoribus & aliis huiusmodi, qui non adeo corpus exercent, præterea Cōcionatores, magistri, confessarii ex officio aut obedientia, iter facientes pedibus peregrini, cum peregrinatio est ex voto: vel non potest in aliud tempus commode differri, ob pericula viarum & alia huiusmodi, maxime si accedat consiliū confessarii, coniux qui non potest reddere debitum ieiunādo, vxor ad evitandas rixas modo non in causa fidei, omnes inquam isti excusantur à ieiunio, qui vero bona fide credit se habere causam sufficientē ad ieiunandū, si non ieiunet, solū pec. ven. deberet tamen petere declarationem à Confessario, vel à

viro docto, aut Medico, Episcopus  
verò & superior possunt non mo-  
do idem declarare, sed etiam dis-  
pensare cum subdito in ieiunio.  
Non solum autem is peccat con-  
tra præceptum ieiunii, qui cum ad  
id astringatur non ieiunat, sed et-  
iam qui est in causa vt alii ieiu-  
nium soluant, quales sunt imprimis  
qui compellunt seruos ad la-  
borandum, ex quo fit vt non pos-  
sint ieiunare, quando opus differ-  
ri poterat in alium diem sine graui  
damno. Secundo, patres fami-  
lias qui suis cibos ministrat quan-  
do deberet ieiunare. \*Tertio, Cau-  
pones qui parati sunt omnibus &  
quacunque hora cibos præbere.  
\* Denique qui alios inuitant ad  
cœnã qui alioqui, cœnaturi non e-  
rant, vel quocunque alio modo  
sunt in causa, vt non ieiuent. Ob-  
seruandum autem est cum quis  
peruenit ad locum, vbi fit aliquod  
speciale ieiunium sub præcepto

tener  
morat  
griaus  
do ab

De

A

cipere  
pore,  
porter  
& mē  
neglig  
diuag  
habēs  
re, scri  
satisfa  
vel cal  
tiam  
soluer  
tur,  
virtua

teneri illud adimplere, si ibi sit diu moraturus, non autem si ut peregrinus inde transitum habeat, modo absit scandalum.

*De Præcepto audiendi sacrum*  
 Cap. 6. & 7.

**A** Vdire sacrum non est idē quod intelligere, vel voces sacerdotis celebrantis percipere, vel eundem videre; sed corpore, & mente sacro interesse. Oportet. n. quod homo sit præsens, & mēte intēdat, itavt si ex affectata negligētia nō aduertat, aut sponte diuagetur, vel opus aliquod agat habēs vagationē annexā, vt studere, scribere, suere, vel pingere, non satisfaciāt. Potest tamē horas can. vel calculos recitare, ac pœnitentiam satisfactoriam sine culpa persolvere dum sacrum ipsum agitur, dummodo attendat saltem virtualiter se sacro interesse nem.

pe quia hæc omnia ad eundem finem tendere videntur, qui est Dei cultus, & laus. Non refert autem quo in Templo missa audiatur, sed hortandi sunt fideles, vt saltem diebus festis in propriis Parochiis audiant. Conc. Tr. sess. 22. cap. 1. Nullus eodem die tenetur pluribus interesse missis, ne quidem in die Natiu. Domini, tenetur tamen ad vnã integram, cuius partem notabilem, puta, tertiam partem, vel ab introitu ad Epistolam exclusiue, sine causa relinquere, est pec. mort. potest media missa audiri ab vno sacerdote, & alia media ab alio, consuecius tamen est vt quilibet missam integram audiat, ab vno & eodem sacerdote.

*A quo, & quando audienda  
missa. Cap. 8. & 9.*

**N**on est audienda missa à nominatim excōmunicato, suspenso, vel interdicto, degradato, vel à publico clerici percussore, publice concubinario & denunciato, potest tamen ab aliis quibuscunque etiam excōmunicatis à iure vel homine, modo non sint nominati. Dominicis diebus, & festis de præcepto omnes fideles vsū rationis habentes sacro interesse debent, sub pœna peccati mortalis, aliis vero diebus, nemo ad hoc obligatur. Quāquā etiā in illis dātur quinque causæ quibus multi ab audiendo sacro excusantur. Prima, quoties nō potest audiri sine damno spiritali, puta peccati, proprio, aut alieno, quomodo excusantur excōmunicati, interdicti, & qui voto se obligarunt, aut iuramento se non egressuros ex ea domo in qua loco carceris detinentur. Mater illa similiter, quæ suis sine

timet filiabus. \* Secunda. Quoties  
timetur aliquod damnum corpo-  
rale notabile, & sic excusantur in-  
firmi, infirmarii, matres parvul-  
los habentes domi; serui, & fa-  
mulæ à dominis verberari timen-  
tes, vel iniuriosa verba, si domum  
deserant, qui faciunt iter, & ti-  
ment si sacrum audiant ne defe-  
rantur à sociis, & ipsi viam non  
tenent, aut periculum est latro-  
num. \* Tertia. Quoties quis absque  
famæ latione domo exire non po-  
test, vt puella non habens vestes  
conditioni suæ conuenientes: no-  
bilis filia quæ iuuenum atque  
aliorum carnalium hominū tur-  
pes timet incurfus: viduæ quæ post  
coniugis obitum domi clausa ma-  
nere consueuerunt, licet per men-  
sem, & amplius permaneant, iux-  
ta loci consuetudinem. \* Quarta.  
Quādo quis in re propria, aut pro-  
ximi timet damnum euidentis, qui  
obrem, arcis, & carceris custodes

consiliarii, qui ex officio magna  
pertractant, & quæ non possunt  
differre sine detrimento, pastores  
ouium, & armentorum, custo-  
des vinearum, & qui timent la-  
trones si domum deserant, qui  
non possunt sua negotia agere nisi  
iter faciant, ex quo coguntur sa-  
crum ommittere; famuli, qui à  
dominis sine causa impediuntur,  
à sacro audiendo, & non possunt  
alios dominos commodè inueni-  
re, modò id illi non faciant in fi-  
dei còtemptù, excusantur. \* Quin-  
ta, & vltima regula, seu causa ex-  
cusans est impotentia, quæ excu-  
sat in carceratos, longum iter fa-  
cientes siue terra, siue mari, eos  
qui carent Sacerdotibus, vbi no-  
randum, quod quando in his &  
similibus, non esset causa suffici-  
enter excusans, cum tamen quis  
bona fide eam credit sufficientem  
non peccare mortaliter.

*Quomodo sacrum audiendum, &  
que inde utilitas. Cap. 10.*

**H**omo fidelis ita affectus ad  
sacrum audiendum acci-  
dere debet, ut fide, Christi  
Dominum in hoc sacramento ve-  
re contineri, in missa vero sacrifi-  
cium Deo patri acceptissimum of-  
ferri credat: summo etiam amore  
erga Christum afficiatur, sequens  
dignū tanto existimet beneficio.  
In missa namque representatur  
Christi Domini Passio, quae sum-  
mum omnium beneficiorum maximū  
generi humano collatum. Extrema  
insuper summa modestia, & con-  
spicuae decentiae intersit oportet, non  
unico tantum, sed utroque populi  
flexo, capite semper delecto. Quae  
tali dispositione ad missam acci-  
dit audiendam, eademque ibi ac-  
stat, ubi & Angeli assistunt, multo



placem recipiet fructum, scilicet, gratiæ augmentum, pœnæ tēporalis remissionē, & gaudium spiritus, animæ cōsolationē inenarrabiē.

*De Tertio Ecclesiæ præcepto, quo annualis confessio iubetur.*

Cap. II.

**C**onfessionis præcepto, omnes vsum rationis habentes cuiuscunque ætatis, sexus, & conditionis fuerint, in anno semel saltem parere tenentur. c. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remis. Interdū tamen post mortale quis confiteri tenetur statim, ut si mortis immineat periculum, vel Eucharistiæ sacramentum sit sumpturus, aut probabiliter credat se eodem anno non habiturū copiā confessarii. Innumeræ sunt pœnæ sacramenti confessionis utilitates ac fructus. Gratiæ acquisitio, vel eiusdem augmentum: pœnæ tem-

poralis relaxatio: inimici infernalis debilitatio, & confusio: animae corroboratio, & meritorum multiplicatio. Cæterum præceptum hoc confessionis obligat tantum ad confessionem mortalium, quævis salubre etiam sit venialia confiteri: facienda verò est confessio, proprio sacerdoti, hoc est Episcopo, parochio aut habenti à superiore facultatem.

*De Quarto Præcepto Ecclesiæ,  
Quid Eucharistia. Cap. 12.  
13. & 14.*

**E**ucharistia est species sensibilis panis & vini, significantes Christi corpus & sanguinem, ac realiter utraq; continentes; quod additur quia species illæ non modo significat, sed corpus & sanguinem verè ac realiter continentibus verbis namque consecrationis prolatis, statim panis vinique substantia

tia in

tia in corpus, & Christi sanguinē  
conuertuntur, & accidentia panis  
& vini per se subsistunt: & quam-  
uis ex vi consecrationis & signifi-  
cationis verborum, sub altera tan-  
tum Christi corpus, sub altera ve-  
ro sanguis duntaxat contineatur,  
concomitanter tamen sub quali-  
bet totus continetur Christus. In-  
stitutum fuit hoc Sacramentum,  
vt esset perenne passionis Christi  
memoriale, vt esset in signum  
amoris erga nos feruentissimi. vt  
esset animæ nostræ cibus spiritua-  
lis & religionis Christianæ salu-  
berrimum sacrificium. Innume-  
rabiles parturit fructus, etenim  
vitam per gratiam largitur, ani-  
mam nutrit, confortat, conser-  
uat in gratia, fatiat. lætificat, mor-  
tificat passiones, hominum ani-  
mos vnit cum deo, & inter se,  
inflammat, & ad vitam ducit æ-  
ternam.

*Qualis esse debet hoc Sacramen-  
tum sūpturū. Cap 15 & 16*

**P**lures sunt circumstantia, quae  
in suscipiente Eucharistiā re-  
quiruntur, quas hae duo sup-  
posita carmina docent.

Lotus, discretus, sanus, ieiun-  
nus, & aptus,  
Contritus, fassus, mundus re-  
ctèque paratus.

Lotus, id est: Baptizatus. Discre-  
tus ille est, qui rationis iudicio  
præditus est, ut puer decimum vel  
duodecimum annum agens, pro-  
ut Alensis 4. par. q. 49. in. 5.  
Palud .4. dist. 9. q. 4. Sylu. ver-  
bo Eucharistia. q. 3. monent. an-  
te quod tamen tempus, obligat  
præceptum confessionis. Amen-  
tibus autem à natiuitate danda  
non est, neque phreneticis, nisi  
ante phrenesim contriti fuerint,  
& confessi, ac communionem po-

stulauerint, & nulla irreuerentia  
 timeatur erga Eucharistiam. " Sa-  
 nus, oportet enim vt saltem sto-  
 macho benè valeat, ne euomat  
 \*Ieiunus i. ieiunio naturali à me-  
 dia nocte, nisi si mors expectetur:  
 cui ieiunio non repugnat quod-  
 quis dum os abluat modicum a-  
 quæ per modum saliuæ degluriat,  
 vel micas aut alias huiusmodi ci-  
 bi particulas quæ inter dentes ma-  
 nere solent. \* Aptus, hoc est, non  
 impeditus interdicto, seu excom-  
 municatione. \* Contritus, hoc est,  
 existimet se esse sine peccato le-  
 thali. Cor. fessus, quia cõtritio non  
 sufficit existentibus in mortali, ni-  
 si cum non est copia confessariis:  
 vel in necessitate, aut mortis, aut  
 officii diuini exequendi, vt inter-  
 dum in parocho, aut infamiæ quæ  
 quis incurreret si non communi-  
 caret, & maximè si tunc tenere-  
 tur ex præcepto aliquo ad com-  
 municandum, aut scandali siue

alterius similis incommodi, ut  
 Sacerdos iam existens in altari re-  
 cordetur alicuius peccati morta-  
 lis. Mundus, id est non pollutus  
 mortali culpa, quamvis nec tunc  
 quidem si præcedat confessio.  
 communicando alio modo quis  
 peccet, quàm venialiter. Quod si  
 pollutio sine culpa aut sola veni-  
 ali contigisset, etsi melius esset ab-  
 stinere, nisi peculiaris quædam es-  
 set ratio eo die communicandi. ut  
 si dies esset præcepti, vel ad hoc  
 esset peculiaris deuotio, vel quid  
 simile. nullum tamen esset pecca-  
 tum communicare. Recteque pa-  
 ratus; fide videlicet, & examini  
 iudicio, amore. & reuerentia.  
 si Sacerdos sit ut habeat stolam.  
 Quod si capite damnati, omnes su-  
 periores dispositiones habeant, illa  
 etiam Eucharistia est danda, ut  
 antiqui canones tradunt.

De E  
 po

S

tate c  
 sine l  
 pa m  
 etiam  
 adm  
 ter q  
 & in  
 sacra  
 lis qu  
 vt su  
 pera  
 quib  
 debet  
 non  
 illius  
 Sacra  
 tem

*De Eucharistiæ ministro, & tem-  
pore, quo est sumenda. Cap.  
17. 18. & 19.*

**S**acerdos curatus est proprius  
huius Sacramenti minister,  
quamuis Diaconus in necessi-  
tate de licentia curati præsetis, vel  
sine licentia eo absente. absq; cul-  
pa ministret. Nunc tamen multi  
etiam religiosi habent potestatem  
ministrandi Eucharistiam, in-  
ter quos SOCIETAS IESV.  
& in genere peccat minister huius  
sacramenti illud ministrando il-  
lis quibus non potest, aut debet,  
vt sunt publici peccatores, ante  
peractam poenitentiam, & alii de  
quibus supra, aut modo quo non  
debet, vt sub vtraque specie, vbi  
non dispensat S. R. vel sine negligētia  
illius infirmus excedat sine viatico.  
Sacra communio sumenda est sal-  
tem semel in anno, & quidem in

Paschate, nisi confessarius aliter  
 faciendum iudicaret: & per tem-  
 pus Paschæ hic intelligitur totum  
 tempus quo d est à dominica palma-  
 rum vsq; ad dominicam Quasimo-  
 do, ipso verò die Paschæ debet q  
 libet communicare in sua paro-  
 chia nisi habeat potestatem à pa-  
 rocho. Si quis autem hisce diebus  
 non communicauit, non tenetur  
 sub noui peccati culpa illo anno  
 amplius communicare, nisi im-  
 minente mortis articulo. At ve-  
 rò quemadmodum confessionis  
 præceptum non obligat in aliqua  
 parte temporis determinata, sic  
 non confessus vno anno re-  
 netur sub noui peccati vinculo  
 habita commoditate, mox con-  
 fiteri. Frequentia autem sacra-  
 communions non est in præ-  
 cepto, sed laudabilis & animæ pro-  
 bè dispositæ saluberima: commu-  
 niter tamen satis est communica-  
 re singulis hebdomadis semel.



*De Decimis. Cap. 20*

**Q** Vintum & vltimum Eccle-  
siae præceptum est de solu-  
tione decimarum. Domi-  
nus enim ex 12. Tribubus vnicam  
Leuiticâ sibi ad seruiendû in Têplo  
eligere voluit, cuius ministris ex  
fructibus terræ decimam partem  
impertiri præcepit, quæ, & Quota  
dicta est. Decimæ sunt de iure na-  
turali, & diuino, Quota, seu quan-  
tatis specialis mensura, nunc in  
noua lege est de iurepositiuo. Tres  
sunt decimarum species, prædiales  
personales, & mixtæ. Tenetur  
homo sub mortali decimas solue-  
re secundum loci consuetudinem  
& contrarium in concionibus sua-  
dentes, excommunicationis sen-  
tentiam incurrunt, vt supra lib .i.  
cap. 39.

*De Indulgētiis, & primò quid  
sit Indulgentia Cap. 21. & 22.*

**I**ndulgentia est \* remissio pœne  
temporalis, a actualibus peccatis  
debitæ, extra Sacramentum fa-  
cta, ex thesauri Ecclesiastici dispen-  
satione. Dicitur \* remissio, quia  
per eam fit quædam pœnæ relaxa-  
tio respectu illius cui indulgentia  
datur, ipsa verò culpa non tollitur  
per indulgētiis, sed ratione prepa-  
rationis, & virtute contritionis an-  
tecedentis, ac Sacramenti, que  
quia indulgētiis semper prærequi-  
runtur aut supponuntur, ideo di-  
cuntur interdum tollere pœnam  
& culpam. Dicitur \* temporalis  
quia pœna æterna vna cum culpa  
cōdonatur, nempe per contritionem  
vel confessionem. \* Actualibus pec-  
catis debitæ: nam infinitas, mortalis  
& aliæ pœnæ originali peccato

fiēt

Ex

tam

pera

ralis

nisi

thes

Pon

pot

Que

De

De

De

De

De

De

De

De

De

De

De

De

De

De

De

De

De

fictæ, non delentur indulgentiis.  
¶ Extra Sacramentum facta: quia  
tam Sacramentum quam bona o-  
pera tollunt partem pœnæ tempo-  
ralis: sed non vocatur indulgentia  
nisi hæc, quæ ex dispensatione  
thesauri Ecclesiastici nobis sancti  
Pontifices misericorditer cōcedūt,  
potestate ipsis tradita Matt. 16.  
Quodcunque solueritis &c.

*De modo concedendi indulgen-  
tias. Cap. 23.*

**P**œnæ illæ, quæ pro mortali  
peccato, iuxta antiquorum ca-  
nonum regulã infligebãtur,  
vt puta quinque annorum pro ca-  
suali homicidio: septem, pro vo-  
luntario, & decem pro adulterio:  
non respondent tempori pœnæ  
purgatorii, quia cum hæc sit in-  
itensiuè acerbior omni pœna quæ  
in hoc mundo reperiri possit, cre-  
dibile non est vnum peccatum

mortale tandiu puniri in purgatorio, & contra fieri potest vt pena quę statuitur per canones pro vno peccato, non exæquet illam quę luenda est pro eodem in purgatorio, secundum Dei iustitiam. Iam uerò per indulgentias uon modò pœnæ canonum tolluntur, sed etiam purgatorii, & quę infligenda essent secundum Dei iustitiam. Quando uerò indulgētia, cōceditur sine illa particula, de iniunctis tūc ualeat etiam quantum ad pœnam, quę in cōfessione imponitur uel nobis imponēta erat, unde tūc pœnitēs nō tenetur de iure illā implere, quamuis consilium optimum sit ut impleatur ad maius gratiæ cumulū acquirendū, quę gratia multo plus ualeat quā remissio pœnæ

*De modo concedendi indulgenti.  
as in particulari Cap. 24.*

**P**lures sunt modi concedendi indulgentias, \* primus est, cum plenaria conceditur, nempe qua peccatorum mortalium & venialium poena condonatur integrè, ita ut nulla amplius supersit solvenda, neque in hoc mundo, neque in purgatorio, unde inter plenam, pleniorè, & plenissimam, nulla videtur in re differentia. \* Secundo. Conceditur indulgentia limitata, id est, indulgentia tertiae, & quartae partis peccatorum, & tunc intelligitur pro condonatione tantae partis poenae peccatorum, quantum significatur. \* Tertio Quando significatur limitata respectu temporis, ut centum, vel mille annorum, & tunc remittitur tota illa poena quae remitteretur secundum Dei iustitiam, si homo toto illo

tempore pœniteret secundum  
 præscripta Canonum & conse-  
 quenter pœna purgatorii, ei res-  
 pondens. \* Quarto. Cum ultra cer-  
 tum annorum tempus, numerus  
 additur quarantenarum, quæ erant  
 certi quidam dies intra eosdem  
 annos comprehensi, in quibus  
 iuxta antiquorum canonum nor-  
 mam. erat grauior pœnitentia sub-  
 eunda. \* Quinto Quando indul-  
 gentia cõceditur, tot annorum, vel  
 plenaria, & additur cum tertia,  
 vel quarta parte peccatorum: &  
 aliquando etiam à tota pœna, &  
 culpa: sed tunc per culpam, & ter-  
 tiam, vel quartam partem pec-  
 catorum, intelligi possunt venia-  
 lia, quæ remittuntur ex vi boni  
 cuiusdam operis iniuncti, & per  
 modum cuiusdam sacramentalis  
 ad hoc ab ecclesia cõstituti. \* Sex-  
 to. Per modum Iubilei qui mo-  
 dus non differt ab indulgentia ple-  
 naria à culpa, & pœna, nisi in ad-

iuncto, quia videlicet in Iubilæo conceditur facultas absoluendi á casibus reseruatís, & vota commutandi. quæ olim nisi rarissimè concedebatur.

*De Concedente Indulgentias.*  
Cap. 25.

**P**apa, & Concilium generale tantum, possunt indulgentias plenarias concedere. Legati verò, Archiepiscopi & Episcopi quadraginta tantum dierum; & in dedicatione Ecclesiæ vnius anni. Papa, Concilium & Legati, Perpetuas constituere possunt, alii temporales, præter Legatum, qui potest indulgentias suas perpetuas reddere. Papa per totum mundum Legati in sua Legatione, Archiepiscopi in sua prouincia, Episcopi in suo Episcopatu, Cardinales autem prout à Papa eis conceditur.

*Indulgentia prodest mortuis in  
Purgatorio. Cap. 26*

**I**N indulgentiæ profunt etiã mor-  
tuis intelligitur id ex Maci ab-  
2. Cap. 4. Concil. Triant. Iell.  
vlt & Sancti Pontifices idem con-  
firmarunt. Vnde Paschalis se-  
cundus, Papa, primus indulgen-  
tias Ecclesiæ sanctæ Braxedis  
pro mortuis per modum suffra-  
gii olim impendit, quas de-  
inde vndecim sequentes Pontifi-  
ces cõfirmarunt, vt habetur in Bul-  
la S. Praxedis, dicuntur autẽ hæc  
indulgentiæ per modũ suffragii  
vel quia per illas animæ nõ iura-  
dice sed veluti oblato precio libe-  
rãtur, vel quia viui eas pro mortuis  
cõsequuntur, in quo illis suffragi-  
tur: Deus tamen semper illas in-  
dulgẽtias pro mortuis acceptat  
cut & pro viuis, & ideo sunt illæ  
pro mortuis quoque certissimæ

Qui  
sten  
crar  
pro  
est c  
mer  
opu  
catu

Quo

V

Pap  
mo  
fint  
tima  
cunc  
pia,  
cõce  
par  
appl  
tine



Quinimo etiam in mortali existentes, mortuis indulgentias lucrari possunt, quia precium quod pro pœnis illorum soluitur, non est opus peccatoris, sed thesaurus meritorum Christi, & Sanctorum, & opus per quod indulgentia applicatur, sit nomine Ecclesiæ.

*Quod indulgentia profint Viuis*  
Cap. 27,

**V**iuis profuit indulgentiæ per modum absolutionis, & potestatis iuridicæ, quã habet Papa in viuos. Oportet autem \* primo quod cõsecuturi indulgentias sint in statu gratiæ, saltem in vltima die, qua communicant. \* Secundò necesse est, quod causa sit pia, propter quam indulgentia cõceditur. \* Tertio requiritur opus particulare per quod ea singulis applicetur & sine quo ea non obtinetur, vt verbi gr. oratio, elec-

mosina ieiunium. Cum verò indulgentia habetur eam dari confessis & contritis, per se necessarium est tunc confiteri, si eodema anno confessio præcesserit, sed satis est contritio, cū proposito cōfiteđi suo tēpore. In Iubilæis quando cōceditur facultas absoluendi à reservatione alicuius peccati reservati sine culpa obliuiscitur, post Iubilæum à quouis proprio cōfessario absolui poterit.

*De causa indulgentiarum, & valore. Cap. 28.*

**A**drianus, & Caietanus asserunt magnas indulgentias pro paruis causis esse. Alii dicunt earum valorem causæ proportionari. Sed dicendū videtur primo illum male agere, qui pro causaleui magnas cōcedit indulgentias.

as quia papa nō est dominus: Dispensator autem thesauri Ecclesiæ, non nisi conuenienti causa data, dispensare debet bona sibi credita. \* Secundò etiamsi pro leui causa concedantur indulgentiæ, validæ sunt in totum, quia tantum valent, quantum sonant. vt S. Thom. 4. dist. 20. q. a. 3. Dur. Palud. S. Anton. & Siluester, & alii communitor. \* Terriò subditi semper debent existimare Papam habere causam æquiualentem indulgentiis concessis. \* Cæterum quando indulgentia conceditur solum ad certum tempus, quilibet potest tatum eas semel consequi, quando autem est perpetua toties, quoties fit opus præscriptum.